



The Holy See

PIUS PP. XI

EPISTOLA

***PII X GRATIAS AGENTIS EUGENIO ARCHIDUCI AUSTRIAE
PRO LEGATIS EQUITIBUS EX TEUTONICO ORDINE****

DILECTO FILIO
EUGENIO ARCHIDUCI AUSTRIAE
SUMMO TEUTONICI ORDINIS MAGISTRO

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam benedictionem.

Libenti omnino voluntate et eo, quo par erat, honore illustres Equites excepimus ex Teutonico Ordine, quos Imperatoria ac Regi a Celsitudo Tua ad Nos nuper legandos curavit. Ab iis, Tuo totiusque Ordinis nomine, qui Tuo gaudet magisterio, fidei et obedientiae sensus confirmates audivimus, quos in Apostolicam Sedem fovistis semper: simul vero duplex est munus oblatum, alterum petrianae stipis ad angustias Nostras levandas, alterum iconicae effigiei Tuae, mirae artis operis. Reddere quas mereris gratias, differre diutius nolumus; reddimusque cummaximas. Tibi autem et Ordini Teutonico universo benevolentiam Nostram testamur singularem. Quam ut gratiis suis foecundet Deus, enixe exoramus: atque ideo Apostolicam benedictionem Celsitudini Tuae et I. ac R. singulisque Equitibus amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XVII Octobris MDCCCIV, Pontificatus Nostri anno secundo.

PIUS PP. X

*AAS, vol. XXXIX (1906), p. 199-200.

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana